

3.Klausur

Seneca Lucilio suo salutem dicit

Ita fac, mi Lucili: vindica te tibi, et tempus, quod adhuc aut auferebatur aut subripiabatur aut excidebat, collige et serva. Persuade tibi hoc sic esse, ut scribo: quaedam tempora eripiuntur nobis, quaedam subducuntur, quaedam effluunt. Turpissima tamen est iactura, quae per negligentiam fit. Et, si volueris attendere: magna pars vitae elabatur male agentibus, maxima nihil agentibus, tota vita alia agentibus. Quem mihi dabis, qui aliquod pretium tempori ponat, qui diem aestimet, qui intellegat se cotidie mori? In hoc enim fallimur, quod mortem prospicimus: magna pars eius iam praeteriit; quidquid aetatis retro est, mors tenet. Fac ergo, mi Lucili, quod facere te scribis, omnes horas complectere; sic fiet, ut minus ex crastino pendeas, si hodierno manum inieceris. Dum differtur vita, transcurrit.

Hilfen:

vindicare aliquem alicui- jmd. für jmd. als Eigentum beanspruchen

subripere- heimlich wegnehmen, stehlen

excidere- entfallen

subducere-heimlich wegnehmen

iactura, ae-Einbuße, Verlust

volueris- Konj.Perfekt (hier ohne Zeitstufenfunktion); zu übersetzen wie Indikativ : si vis

attendere (animum)- aufpassen, achtgeben

agentibus- Part.Präsens von „agere“ tun, treiben

dare- hier: angeben, nennen

prospicere- (in der Ferne) vor sich sehen

pretium ponere alicui rei- einer Sache einen Preis/Wert beimessen

complecti umschlingen, festhalten

crastinus (dies) – hodiernus (dies)- der morgige (Tag)- der heutige (Tag)

pendere, pendeo, pependi ex- (herab-)hängen, abhängig sein von

manum inicere alicui-die Hand auf jmd. legen

